

Ainct. 22 c. 2. Optati & hunc secuti *Bellarmini ac Baronii*, qui Syr.
 Ἰσολιος ex Græcâ voce κεφαλῆς deducunt ad stabiliendam
 omnipotentiam Romanam, vid. *Dilherr Eclog. S. p. 80. Glas Philol.*
S. L. IV. T. III obs. 14 p. 984 seq. Casaub. l. c. 241 (5) Dominus solo
 cum Petro egit, non Monarchicum ejus Dominatum, quem habuerit
 ille in cœteros, stabiliendo, sed alias causas habuit, partim quia Pe-
 trus [monente Jansenio] tanquam os Apostolorum pro omnibus
 responderat: *partim* quia unitatem & societatem fidei in Mysterio
 quodam indicare voluit, de quo *Casaub l. c. p. 334 b (6)* Ædificatio super
 petram non est officiale aliquid, sed personale, solius Christi perso-
 nam concernens. Quia hic habetur τὸ θεὸς τί κεινὸν: qui sunt cha-
 racteres individuæ singularitatis infallibiles. (7) Patres quando *Petrum*
principem & caput Apostolorum nominarunt, ordinem & legitimum
 primatum, non dominationem monarchicam significarunt. Nihil igitur
 ex h. l. quod causam Monarchiæ Papalis adjuvet, afferri potest.
Conf. Formul. Concordiæ Artic. Schmalcald. de potestate & prima-
matu Papæ p. m. 344. seqq. B. Lutherus Tom. 1. Jenens. de potestate
Papæ. Casaub. l. c. à pag 357 usq. 388. B. Carpzovius Isagg. lib. Symbol.
p. 914. B. Danhaw. Idea boni Interpp. p. 148. & p. 250. D. Meisnerus
Depuls. Excub. Papist. p. 223 seq. & p. 237. Magnif. Dn. D. Olearius
in manuali p. 1712. D. Glasius Reth. S. Tr. I. Cap VIII p. 1179. D. Dieteri-
cus Anal. Evang. P. III. p. 361 & præsertim p. 420 a. seqq. itemq. In-
stit. Catech. de Ecclesiap. 460. seq. D. Wellerus in Rom. p. 662. D. Seb.
Schmidius in Tract. Petrus non Papa c. 3. p. 107. seq. M. Roser Resp.
auff 15. so genante hochwichtige Religions-Fragen Quest. 8. S. 8.
Hornius Histor. Eccles. p. 43. Althoferus Harm. Evang. p. 848.

QUÆSTIO VI.

Si Porta inferorum non prævalebunt adversus Ecclesiam,
queritur ubi ea ante Lutherum
fuerit?

Hæc quæstione Pontificii nos ad absurdum deducere volunt, quando
 nostram Lutheranam, non illorum Romanam veram esse Eccle-
 siam statuimus, dicentes, hac ratione ante Lutherum nullam in mun-
 do fuisse Ecclesiam. *Verum Resp. (1)* distinguendo *inter Ecclesiam*
visibi-